



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. X. Malus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

*fidem. qvæst. 35. n. 70. Cæf. Argel. de contra-
dict. legitimo, qvæst. 13. n. 90. Octav. Glorit.
respons. 5. n. 88. sed illis est occurrendum.
l. magis 5. §. si pupillus 5. ff. de rebus eorum c.
non enim volebat Deus 22. qvæst. 2. Flammin.
d. tract. de confident. qvæst. 32. n. 61. Narbo-
na l. 60. gloss. unic. n. 20. tit. 4. lib. 2. Recop.*

VII.

MALITIIS non est indulgendum. (*l. in
fundo 38. §. constituimus 1. de rei vind. l. 2.
ff. solut. matrim. l. si cui. 9. ff. de servit. Gail.
lib. 1. observat. 31. n. 4. §. 1. observat. 70. n. 21.
Laur. Tennin. in tractat. Cautel. caut. 246.
n. 2. Wesenb. 1. conf. 10. n. 34. §. conf. 38. n.
73. Guillhelm. Bœckel. in tract. de public.
judic. in præloquio.) Escob. de ratiocin. cap.
13. n. 3. Ovid. de Amicis de jure emphyt.
qvæst. 74. n. 10. & ideo adversus malignantes
malitiosè obviam iri potest gloss. in cap. cu-
pientes in pr. verb. malignantem de Elect. in
6. per l. cum pater 17. §. Titio 31. in fin. ff. de
leg. 2. gloss. in c. Dominus in fin. 23. qvæst. 2.*

VIII.

Ex malitia sua nemo commodum re-
portare debet, *l. in fundo 38. ff. de rei ven-
dicat. l. itaq. filio 12. §. 1. ff. de furtis. l. si cui.
38. ibi: cum crimen admisit, non habere cum
privilegia. Ex quib. caus. major. Laurent.
Sylvanus de recogn. feud. qvæst. 25. p. 125.
cap. cognoscentes. 4. de constitut. cap. sedes.
15. cap. plerumq. 13. de rescript. cap. intelli-
ximus 7. de judic. (cap. contingit 9. de dol.
§. contum. Cardos. in praxi Judicium & Ad-
vocat. verb. delictum. n. 7. malitia enim
nemini debet patrocinari, c. ex literis 12. de
dol.) Intellige directè & principaliter; nam
indirectè, per accidens, & in consequen-
tiam potest quis ex malitia sua commo-
dum reportare, arg. text. in l. sed & milites
10. §. scribit. ibi, tunc excusabuntur, quia
urbem eis ingredi non licet. ff. de excusat.
tutor. l. decreto 10. ff. de suspectis tutor. cap.
quia diversitatem 5. vers. si tamen. de con-
cess. prebend. notat. Tiraquell. de jure ma-
riti, gloss. 8. num. 279.*

CAP. X.

Malus.

Axioma I.

Mali bonos superant numero. Honthem. lib.
1. de art. Notar. cap. 14. n. 28. juxta illud Poète:
Rari quippe boni numero, vix sunt totidem,
quor

Thebaram porta & quod divitis ostia Nili.

Qvo pertinet illud Oraculum Evangelicū Matrh.
7. Angusta porta quæ ducit ad vitam, quod etiam
Virg. instinctu ipsius naturæ agnovit, dum canit:

*facilis descensus averni
Noctes atq. dies patet atri janua divitis.
Sed revocare gradum superasq. evadere ad
auras,
Hoc opus, hic labor est &c.*

II.

Mali gaudent malis & in pessimis rebus exul-
tant. cap. ipsa pietas 24. 23. qvæst. 4. cap. quam sit
grave 9. extr. de excess. Prælat. & gloriatur in cau-
salarum protractione, & cum iniqua egerunt, be-
nedicuntur. c. 1. dist. 82. Speculat. lib. 2. de except.
& replicat. §. viso. num. 55.

III.

Qui malos coërcet, minister domini est & mi-
nistrium Legi præbet. cap. qui malo 29. §. cap.
bomicidas 31. 21. qvæst. 5. ibique gloss. delicta enim
punire non est contra jura & Leges agere, sed
Legi subsidium facere, c. 2. §. ibi gloss. in verb. co-
ercere de privileg. dum enim mali coärcentur, bo-
ni in officio retinentur. Gail. de Arrest. Imp. c. 10.
num. 15.

IV.

MALUS semel, semper præsumitur
esse malus. (*l. si cui crimen 7. §. 1. ff. de ac-
cusat. ibique gloss. & Bart. in verb. admit-
tendum. Nov. 72. in præfat. cap. illo vos 4. §.
fin. de pignor. cap. scribam 9. de præsumpt.
cap. semel malus 8. de regul. juris, lib. 6.
exornant Bellam. conf. 30. num. 4. Hippol.
sing. 64. §. 393. §. in rub. de fidejussorib. à n.
67. Duen. reg. 303. Mantu. Dialog. 89. §.
sing. 401. Alciat. de præsumpt. regul. 2. præf.
7. Corfet. in sing. verb. præsumptio. Lanfranc.
in clem. dispendiosa. num. 26. de judic. Ever-
ard. d. loco 90. de tempore ad tempus, fol.
262. Joan. de Imol. conf. 78. n. 6. §. 7. Paul.
Granut. theor. 23. Joan. Rojas. sing. 195. n. 9.
Jacob. Simanch. de Cathol. instit. c. 50. n. 15.
Guilh. Bened. in c. Raynutius, verb. in eo-
dem testamento. il. 2. n. 44. Gig. conf. 30. n. 9.
§. conf. 38. n. 77. cum seqq. Hier. de Monte
var. juris, qvæst. 13. n. 17. Cott. in memorab.
verb. malus semel, pag. mibi 559. Masc. de
probat. concl. 1003. n. 37. Menoch. de præ-
sumpt. lib. 5. præf. 32. Cened. ad Sextum col-
lect. 29. n. 2. Fr. Emman. qvæst. regul. tom. 2.
qvæst. 12. art. 3. Farin. in praxi crim. p. 1. qvæst.
23. n. 21. Card. Tusch. præf. concl. tom. 5. lit. M.
concl. 28. per tot. (Gail. 2. obs. 109. n. 5. Umm.
ad process. jud. disp. 15. n. 47. præsumitur e-
nim perseverare in malo in quo fuit irreti-
tus, nisi se probet emendatum. Speculat. de
test. vers. item opponitur. quod est criminale,
per c. testimon. 54. de testib. & attest. gloss. in
c. deniq. de Except. Leoniss. int. conf. matr.
conf. 48. n. 93. tom. 1. Vult. 1. Conf. Marp. 11. n.
94. cum qualitas semel posita (quæ ex solo
temporis cursu non tollitur,) semper præ-
sumatur existere nisi probetur sublata. l.
sive possideris. C. de probat. cap. praterea*

10. de transact. c. si forte de Elect. in 6. l. si vero is ibi qui pro rei qualitate. ff. qui satis- dar. cog.) hinc qui semel in administratione vel Republ. malè versatus est, perpetuo sibi omnes dignitates sciat esse præclusas. Perez. C. de reis postulatis n. 4.

Quamvis indubio quilibet regulariter præsumatur bonus, & non malus, ut sup. l. 2. bonus. & nemo præsumatur delinquere, ut dictum exat in lib. 4. in voce delictum. quia licet per primum peccatum natura humana prona sit ad malum, Genes. 4. c. omnis, 12. q. 1. unde & fomes peccati ortum habet, Paulus ad Rom. 7. c. si Paulus 11. 32. q. 5. latè Covar. in c. alma mater. p. 1. §. 10. num. 11. tamen quia inclinatio illa ex se peccatum non est, ut resolvit Sor. de Justit. lib. 3. q. 4. artic. 3. Felin. in c. ult. num. 15. de prescript. non tollit quo minus homo, qui bonus à Deo creatus est, c. 1. post princ. ubi gloss. verb. demones, de summa Trinit. & qui potentiam & aptitudinem habet ad bonum, D. Thom. 1. 2. q. 63. art. 1. & alii, quos sequitur Felin. d. num. 15. jus habeat à natura, ut apud alios indubio in bona sit opinione, ex D. Thom. 2. 2. q. 60. art. & Sor. d. q. 4. art. 3.

Attamen quia ex quo aliquis semel malus apparuit, nec bonus potest fieri aliter quam per poenitentiam, c. peccatum 4. de R. l. lib. 6. [Felin. in c. fin. de presump. Ludov. Gomez in Clem. unic. not. 2. de concess. prebend. & §. ex maleficiis. Inst. de action. n. 47.] meritò interim, dum de illa non constat, præsumitur in eodem malo, quia mutatio non præsumitur, c. majores 3. §. ult. de baptismo, imò accidens malitiæ semel commissæ in esse productum (quippe quod non tollitur tempore, sed poenitentia) durare præsumitur, donec probetur sublatum, arg. l. si ve possidetis 19. ubi gloss. & Doctores, C. de probat. docet Abb. in c. accidentibus, n. 6. de privileg. & ita hanc rationem intendit Alciat. reg. 3. præf. 1. junctareg. 2. in princ. Dyn. in d. c. semel malus, n. 2. & 3. Et ideo semel malus semper præsumitur malus existere in eodem malo semel commissæ, vid. Constitut. Carol. art. 31. §. 4. vel in eadem voluntate respectu mali ejusdem speciei; non verò præsumitur malus respectu mali diversi, quia quoad illud nulla adest conjectura, unde succedit reg. 1. Papinianus 20. ff. de minorib. & ita advertit Bart. in l. Casius. in fin. ff. de Senator. communiter receptus per Alciat. de presump. reg. 2. præf. 7. n. 2. & docent Gregor. Lop. l. 1. verb. procurando. tit. 18. part. 6.

Vezin. tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 2. n. 215. Grammat. decis. 29. n. 7. Hippol. conf. 15. n. 9. & conf. 44. n. 18. cum seg. Clar. lib. 5. §. fin. q. 21. n. 1. ad fin. Thom. de Thomass. in floribus legum. reg. 278. Mascard. de probat. concl. 222. n. 20. & d. concl. 1003. n. 38. Galet. in margarita casuum conscientia. verb. presumere. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiepisc. Neapol. decis. 4. p. 2. Farin. d. q. 23. n. 39. Card. Tusch. d. lit. M. conclus. num. 2. (vid. alleg. apud Wesenb. 7. conf. 317. n. 49. nisi esset persona vilis & inhonesta, vel malæ opinionis & famæ, aut contra eam sinistra suspicio laboret. Lucas de Penna in l. quicumque 16. vers. super hoc. Cod. de apocb. Pacian. 1. de probat. cap. 73. num. 32. quæ omnia tamen limitat Corfet. in suis singularibus. verb. presumptio. dum ait secus esse, si is, qui olim malæ fidei fuit, postmodum per triennium continuum perhibeat bonæ conversationis & probæ vitæ fuisse. arg. Nov. 5. c. 3. ibidemque Angel. quem sequitur Dyn. in c. semel malus de R. l. add. Roman. conf. 236. col. 2. ubi ait, quod propter desistentiam ab iniquo vivendi genere reversionemque ad bonum quis fingatur novus homo, adeo ut fingatur nunquam fuisse talis, qualis erat tempore malæ vitæ. c. ferrum 18. dist. 50. vid. & Felin. in c. cum in jure. col. 1. in pr. de offic. deleg. ubi ponit 5. limitationes. & in c. cum deputati in pr. de judic. Joh. Faber Instit. de inoffic. test. vers. scortis. Jaf. in §. sic itaque. Instit. de act. col. 4.

Limita: semel malus semper præsumitur talis in futurum, non in præteritum. Hinc Notarius falsum Instrumentum conficiens potest postea nullum amplius conficere, præterita autem ab eo confecta non præsumuntur falsa. Perez. C. de Tabulariis n. 9.

CAP. XI.

Mandatum. v. infra Jus-
sus.

Axioma I.

Quoties paritio simpliciter injungitur sine facultate jus suum per modum exceptionis deducendi, toties est mandatum sine clausulâ scil. justificatoriâ; & tale mandatum etiam jure Civili fundatum est, quando non amplius opus est exceptionibus partis adversæ. Exempla hujus mandati habet Blum. in Process. Camer. Tit. 34. n. 14. & Brunnem. in Proc. Civil. cap. 2. n. 10. in fin.

Limit. ut intelligatur de exceptionibus contra ipsum mandatum allegandis, hæc enim denegatæ sunt in mandatis sine clausulâ; non verò etiam exceptiones contra declarationem pœnæ in casu non præstitæ partitionis. Hinc mandatis sine clausulâ adjici solet quandoque hæc formula: oder aber beständige erhebliche Urtheile